



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate, de
Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non
Dissertationem Theologicam de Probabilitate

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

Art. VII. An peccatum veniale in damnato, per accidens, & ratione
conjunctionis cum mortali, pœnâ æternâ puniatur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78232](https://urn.nbn.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78232)

Alias rationes adducit S. Doctor 3, contra A gent. cap. 144. quas fusè expendunt Salmanticenses h̄c dñi p. 17. dubio 3. §. 3. sed eas brevitatis causâ præternitimus. Unde

[103] Adrationem dubitandi dicendum est, inter culpam & pœnam non requiri æqualitatem quoad omnia, præsertim quoad durationem: nam in judicis humanis videmus pro brevissimo delicto perpetuam vita privationem, aut perpetuum exilium s̄pē infligi: sed sufficere quod sit proportio inter reatum pœnæ, & inordinationem culpa; ita ut si aeterna sit, & irreparabilis, ille quoque perpetuus & interminabilis esse debeat, ut antea expoluimus.

[104] Addo quod licet actus peccati mortalis sit transitorius, & aliquando momentaneus, tamen voluntas peccandi est aliquid aeterna, in quantum ille qui peccat, & qui volupitate in v. g. Deo præfert, ita effectus est, ut si semper viveat, in peccato semper vellet perseverare, & taliter volupitate perperuō frui; juxta illud Gregorii

^{4 Di-}
^{alog.}
^{cap. 4}

Magni: Peccator vellet sine fine vivere, ut sine fine posset peccare. Unde etiam ex parte durationis aliqua reperitur proportio inter culpam mortalem, & pœnam aeternam, in quantum effectus peccatoris erga bonum commutabile, in quo rationem ultimi finis constituit, virtualiter & æquivalenter aeternus est. Quam rationem tangit D. Thomas 3 contra gent. cap. 144. ubi sic discurrit: Apud divinum judicium voluntas pro facto computatur: quia sicut homines vident ea que exterius aguntur, ita Deus inficit hominum corda. Qui autem propter aliquod bonum temporale aversus est ab ultimo fine, quin aeternum possideretur, proposita fruitionem temporalem illias boni temporali, aeterna fruitioni ultimi finis; unde patet quod multò magis voluisse in aeternum illo bono temporali frui: Ergo secundum divinum judicium ita puniri debet, at si aeternaliter peccavisset. Nulli autem dubium est, quin pro aeterno peccato aeterna pœna debeatur: debetur igitur ei qui ab ultimo fine avertitur, pœna aeterna.

Ad hanc rationem reducitur ea quam ex D. Gregorio idem S. Doctor adducit h̄c art. 3. ad 1. dicens: Justum est secundum Gregorium quod qui in suo aeterno peccavit contra Deum, in aeterno Dei puniatur. Dicitur autem aliquis in suo aeterno peccasse, non secundum continuationem actus in tota hominis vita durantis, sed quia ex hoc ipso quod finem in peccato constituit, voluntatem habet in aeternum peccandi.

[105] Ad locum Augustini desumptum ex Glossa ordinaria super hunc versiculum Psalm. 71. Ex usuris & iniuriate redimet animas eorum, dicendum est, Augustinum solum intendere, quod pœna quantum ad acerbitatem doloris excedit culpam quoad delectationis iudicidit; sentiet enim damnatus acerbissimum & aeternum dolorem, pro delectatione modica & brevissima quam peccando percepit: non autem vult mensuram pœnæ, quam Deus infligit, quamvis gravissima & longissima sit, excedere demeritum culpa, aut esse, secundum justam appetitionem, majorem quam illa meretur.

ARTICULUS VII.

An peccatum veniale in damnato, per accidens, & ratione conjunctionis cum mortali, pœna aeterna puniatur?

CONSTAT ex dictis articulo precedenti pec- 106 catum veniale per se non inducere reatum poenæ aeternæ; cum non avertat hominem ab ultimo fine, nec ipsum privet gratiæ & charitate, quæ sunt primum principium vitæ spiritualis. Sed difficultas est, & controversia inter Theologos, an saltem per accidens, & ob coniunctionem quam in damnatis habet cum mortali, pœna aeterna puniatur? Quæ quæstio in duplice casu potest agitari, vel de peccato veniali remissione quoad culpam in hac vita, & remanente solum in altera quoad pœnam, vel de illo manente in inferno quoad culpam, & quoad pœnam. Pro resolutione, ab hoc secundo calunpiendo.

Dico primò: Peccatum veniale non remissum quoad culpam in hac vita, & coniunctum mortali, per accidens puniatur in inferno pœna in aeternum duratur; quamvis alias pœna illi debita temporalis esset. Est contra Scotum in 4. dist. 21. qu. 2. Almainum, Bellarmino tomo 2. lib. 4. de penit. cap. 1. & alios Recentiores.

Probatur primò ex D. Thoma quæst. 7. de 107 malo ar. 10. ubi in corpore sic concludit: Veniente peccatum non meretur pœnam aeternam ex pœna sua, neque ex parte inherentia ad subjectum, persoluendo, quia non privat gratiæ: sed per accidens si irremissibile peccato mortali coniunctum, in quantum est in subiecto privata gratia, & sic per accidens punitur pœna aeterna. Et qu. 5. art. 2. ad 8. ait: Peccatum veniale in eo qui decebat cum mortali, quia non remittitur, aeterna pœna puniatur, propter gratia carentiam: & simili modo esset, si quis decederet cum originali & veniali peccato. Idem docet hic art. 5. ad 3.

Probatur secundò conclusio ratione fundamentali, quam S. Doctor locis citatis infrauit. Peccata venialia in hac vita non remissa, non remittuntur in inferno quoad culpam: Ergo nec quoad pœnam. Consequentia manifesta est, cum enim reatus pœnæ sit effectus culpa, tandem perseverat, quandiu permanet culpa; unde si ista in inferno nunquam deleatur, ille patet nunquam remitteretur. Antecedens vero, in quo est difficultas, probatur multipliciter. Primo, quia, ut docet S. Thomas 3. p. qu. 82. art. 4. peccatum veniale remitti non potest sine mortali cum quo est coniunctum: Sed constat damnatio non dimitti mortale quoad culpam: Ergo nec veniale.

Secundò probatur Antecedens: Existenti in termino non datur remissio peccati quoad culpam: Sed damnati sunt in termino: Ergo peccata venialia non remittuntur ipsis quoad culpam.

Dices: Animæ existentes in purgatorio sunt 109 in termino, cum sint extra statum viae; & tamen ipsis remittuntur peccata venialia quoad culpam, quæ in hac vita non fuerant plenè remissa.

Sed contra: Animæ existentes in purgatorio, secundum quid sunt in via, cum non totaliter pervenerint ad ultimum terminum, & habeant fidem

fidem & spem, quae sunt virtutes viatorum, non remanentes in patria: damnati vero sunt similiiter & totaliter in termino, cum fidem non habeant, nec spem? Ergo licet peccata venialia quoad culpam animabus in purgatorio existentibus remittantur, non tamen animabus damnatorum.

¹¹⁰ Probatur tertio idem Antecedens: Remissio cuiuscumque peccati non sit sine aliqua applicatione meritorum Christi: Sed Christus merita non applicantur damnatis, quia non sunt Christi membra, ut docet S. Thomas: p. qu. 8. art. 3. nec pro illis sub tali statu existentibus Christus obtulit merita & passionem suam; unde Ecclesia dicit quod *in inferno nulla est redemptio*: Ergo peccata venialia in hac vita non remissa, non remittuntur in inferno quantum ad culpam.

Confirmatur: Infidelibus nullum remittiatur peccatum veniale, cum enim sint extra Ecclesiam, & in peccato mortali propter suam infidelitatem, semper versentur, Deus illis nullam remissionem applicat: Ergo multò minus aliquam applicat damnatis.

¹¹¹ Dices, pœnam debitam peccatis venialibus non remitti in inferno per satisfactionem, aut per meritorum Christi applicationem, cuius damnati sunt incapaces; bene tamen per satisfactionem, seu per solutionem pœnae illis debite, quæ cum finita sit, potest finito tempore solvi; eo proportionali modo quo in purgatorio pœna peccatis venialibus nondum remissa debita, per satisfactionem aliquam finitam persolvitur ac remittitur.

Sed contra: Licet remissa culpâ veniali pœna per satisfactionem solvi possit, culpa tamen remanente, pœna per satisfactionem remitti nequit, presertim si sit affectus formalis aut virtualis ad culpam: Sed culpa venialis, in hac vita non dimissa, in damnatis tamen remanet, ut jam ostendimus; inquit cum illi sint obstinati in malo, & displicientiam nullius peccati, que sit actus moraliter bonus, habere possint, semper habent affectum formalem aut virtualem ad talem culpam: Ergo per satisfactionem pœna illi debita remitti nequit, sicut remittitur animabus in purgatorio existentibus; nam ut ait S. Thomas in 4. dist. 21. qu. 1. art. 3. *questiunc. 1.* Culpâ veniali in eo qui cum gratia decedit, post hanc vitam dimittitur per ignem purgatorium; quia pœna illa aliquiter voluntaria, virtute gratiae habebit vim expandi culpam omnem quæ simul cum gratia stare potest.

Dico secundò: Valde probabile est, peccatum, sive mortale, sive veniale, dimissum in hac vita quoad culpam, non puniri in inferno pœna eternâ, sed duntaxat temporali. Ita docent aliqui ex nostris Thomistis cum Durando in 4. dist. 21. qu. 2. quos sequitur illusterrimus D. de Marinis, Archiepiscopus Avenionensis, hic qu. 87. art. 5. cap. 1.

Probatur ex D. Thoma in 4. dist. 22. *quest. 1. art. 1. ad 5.* ubi licet in prima responsive insinuat et oppositam sententiam, in secunda tamen quam magis approbat, aperte nostram profiteatur. Verba ejus sunt: *Ad quantum dicendum quod (damnatus) pro illa parte pœna quæ sibi dimissa est in confessione vel contritione, nunquam punietur; sed prorsidua, in eternum tamen, ut quidam dicunt, quia ratione fori in quo punitur, eterna pœna, debe-*

Tom. III.

A tur: sicut est in venialibus, quæ in purgatorio puniuntur pœna temporalis, & in inferno eternâ. Sed hoc non videtur simile, quia veniale ideo in inferno eternâ liter punitur, quia semper manet, cum non sit ibi aliquid quod calpam delere possit; sed pœna ex hoc ipso quod solvitur, expiatur. Et ideo alii dicunt, quod pœna, cuius est alius debitor post culpam remissam, in inferno punietur temporaliter. Nec propter hoc sequitur quod sit inferno redemptio, quia pœna solvitur, non redimitur: nec est inconveniens quod quantum ad aliquid accidentale pœnae inferni minatur usque ad diem judicij, sicut etiam augeatur. Quibus verbis S. Doctor conclusionem nostram & docuit, & probavit. Ideo enim peccatum veniale, non remissum in hac vita quoad culpam, per satisfactionem in inferno remitti non potest quantum ad pœnam, quod in inferno semper remaneat, & nunquam deleatur quantum ad culpam, & remanente culpâ, rearus pœna definire nequeat, ut in praecedenti conclusione exposuimus. Ergo si supponatur peccatum veniale aut mortale dimissum in hac vita quantum ad culpam, non est cur per satisfactionem condignam & æqualem pœna temporalis ipsi debita in inferno solvi non possit.

Dices, talen pœnam, licet condignam & æqualem culpæ, non esse sufficientem; quia cum sit invita & involuntaria in damnatis, nequit Deo esse grata & acceptabilis.

Sed contra: Licet ad mecum vel satisfactionem requiratur quod pœna quæ toleratur sit voluntaria, seu spontaneè acceptata, non tamen ad satisfactionem; ad illam enim sufficit æqualitas inter pœnam & culpam, juxta illud Apocal. 18. *Quantum se glorificavit, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum.* Unde etiam in humanis rebus qui sustinet pœnam à Jude taxatam & prescriptam, solvit debitum justitie, licet ea non spontaneè, sed invitè patitur.

Objicies primò contra primam conclusionem: Deus, ex communī Theologorum axiomaticis, punit circa condignum, & remunerat ultra condignum: At si in inferno pœna eternâ punit peccata venialia, non remissa quoad culpam in hac vita, ea non circa, sed ultra condignum puniret; cum pœna duntaxat temporalis peccato veniali debetur, ut articulo praecedenti ostendimus: Ergo ea non puniri in inferno pœna eternâ duratur.

Respondet Delugo disp. 10. de pœnit. sect. 115. 2. Deum non punire in inferno peccata venialia ultra, sed circa condignum, quia ita attemperat pœnam venialium in infernis, ut quæ futura erat temporalis, fiat quidem eterna, sed cum temporalis futura esset valde intensa, eterna fiat ita levis intensio graduum, ut propter illam levitatem & tenuitatem intensioris, et si eterna, non excedat tamen temporalis, quæ futura erat valde intensa. Sed hæc solutio cum sit omnino voluntaria, & gratis ex cogitata, eadem facilitate rejicitur quæ assertur. Unde

Melius & solidius respondet, Deum non 116, punire in inferno peccatum veniale ultra condignum: quia licet ei per se debita non sit pœna eterna, ipsi tamen debetur per accidens, ex mutatione statutis, & conditione subjecti: dum enim est in subiecto privato gratiæ, & conjun-

N n 2 ḡtūc

gitur cum mortali, fit irremissibile; culpa autem per accidens irremissibilis, per accidens penam aeternam de condigno meretur. Solitudo est D. Thomae loco in prima conclusione adducto.

- 117.** Objicies secundò contra secundam conclusionem. Unanimis Ecclesiae consensus tradit in inferno non tantum nullam esse redempcionem, sed nec etiam ullam penarum mitigationem: At si peccata venialia & mortalia dimissa in hac vita quoad culpam, non punientur in inferno pena aeterna, sed duntaxat temporali, daretur in damnis quendam penarum remissio & mitigatione, ut patet: nam quando pena illa temporalis esset soluta, non tantam penam quantam antea experirentur: Ergo talia peccata in inferno pena aeterna puniuntur. Minor est evidens, Major vero suadetur: tum quia damnati sunt in termino qui est proflus invariabilis; tum etiam quia diviti et uloni gutta aqua ad lingue sua refrigerium ab Abraham denegata est; ut per hoc designaretur, nullum refrigerium, nullamque penarum mitigationem esse in inferno. Quare Augustinus in Psal. 105 proponit hoc dubium, an penam damnatorum aliquando mitigetur? Et respondet non ita mitigari, quasi ea quam quisque semel subiit fiat mitior, aut totalliter, aut per intervalla, quandoquidem dives ille, qui guttam aqua petit, eam non obtinuit. Hinc Theologi inferunt, nedum improbabilem, sed etiam estoneam planè ac intolerabilem esse quorundam Antiquorum opinionem, qui existimant dæmones, & animas damnatas, in pervigilio Paschæ, quod olim Christiani precibus & sacrificiis traducere solebant, à tormentis quiescere. Nam sententiam Aurelius Prudentius in hymno de novo lumine Paschalibus sabbati, his verbis expressit,

Sunt & spiritibus sepe noctentibus
Penarum celebres sub syge feria:
Illâ nocte sacer quâ reddit Deus
Stagnis ad superos ex Acheroniticis,
Marcent suppliciis tartara miribus,
Exultatque sui careoris otio
Vmbrarum populus, liber ab igne,
Nec servent solito flumina sulphure.

- 118.** Respondet ex D. Thoma loco in secunda conclusione relato, quod licet pena inferni non remittatur aut minuatur quantum ad aliquid essentiali, quia pena essentialis damnatorum est invariabilis, sicut & gloria essentialis Beatorum, eo quod utrique sunt in termino; bene tamen quantum ad aliquid accidentale; nam sicut pena accidentalis damnatorum augetur, ita & potest diminui. Unde ad Augustinum dicendum est, vel ipsum locutum fuisse de pena essentiali damnatorum, vel non respxisse ad hunc casum particularem de peccatis venialibus aut mortalibus remissis in hac vita quantum ad culpam, quando dixit eam, quam quisque in inferno semel subiit penam, nunquam remitti, aut fieri potest, sed spectasse solùm communem legem & rationem peccatorum propter quæ damnati patiuntur, quæ sunt præcipue mortalia, & venialia, in vita non remissa quantum ad culpam.

- 119.** Objicies tertio contra eandem conclusionem. D. Thomas in 4. dist. 21. qu. 1. art. 2. quæstiunc. 3. ait: In illis qui damnantur non potest aliqua pena dimitti, neque aliquis reatus tolli, cùm careant charitate, per quam & culpa purgatur, &

A reatus tollitur: & idem culpa venialis in eis semper manebit, vel reatus eius, etiam si ante peccatum mortale dimissum fuerit quantum ad culpam, manente reatu; & propter hoc aeternaliter damnati de venialibus puniuntur. Quibus verbis S. Doctor aperte docet peccatum veniale, dimissum in hac vita quoad culpam, puniri in inferno pena aeterna.

Respondeo D. Thomam ibi quidem hanc sententiam ut probabilem tenuisse, sed postea distinctione sequenti qu. 1. art. 1. ad 5. rem accusatiū examinante, nostra sententia, ut veriori & probabiliori adhæsse, ut patet ex verbis quæ in secunda conclusione retulimus.

B

ARTICULUS III.

Qualis & quanta pena peccato mortali debatur?

Dico primò: Unicuique peccato mortali duplex pena debetur, scilicet damni & sensus.

Explicatur conclusio, & quid nomine pena 120, damni & sensus intelligi debeat, breviter declaratur. Per penam damni intelligitur amissio bonorum, qua hominibus ex divina promissione debentur, inter quæ potissimum est ultima beatitudo, in clara Dei visione consistens, quæ est nobilissima hereditas, & patrimonium filiorum Dei, ad quod adoptantur per gratiam: unde amissio hujus divinæ visionis, quæ per an-tonomiam pena damni dicitur est. Penna autem sensus vocatur, qua inferendo aliiquid convenientis & nocivum, sive anima, sive corpori, torquet & affligit. Quia enim documenta afflictiva potissimum sensibus percipiuntur, inde tota haec pena, sive ad corpus, sive ad animam spectet, pena sensus appellari solet. Hoc præmissio.

Posset probari conclusio ex multis Scriptura 121, testimoniosis. Sed sufficiat sententia extrema à Christo his verbis in die judicii pronuncianda: D. Discidit maledicti in ignem aeternum &c. nam particula hæc, discidite, exprimit penam damni seu separationis à Deo: hæc vero, in ignem, declarat penam sensus, causandam præcipue ex igne inferorum, agente in corpora, & in spiritus reprobos; denique ultima particula, aeternum, perpetuam utriusque penæ durationem designat.

Eandem verisatem ratione congruā suadere 122, nititur S. Doctor hic art. 4. Penna (inquit) debet culpæ commensurati: At in peccato lethali duo sunt, nempe aversio à Deo summo & incommutabili bono, & conversio ad bonum creature commutabile, ut ex illo Jeremias aperre innuit: Duo mala fecit populus meus, dereliquerunt me fontem vivum, & foderunt sibi cisternas dissipatas: Ergo ut sit proportio inter pennam & culpam, duplex debet illi pena à Deo infligi, nempe pena damni, quæ aversioni respondeat, & pena sensus, quæ conversioni inordinatae compensatur. Unde Isaia 14. dicitur: Suscepit impius de manu Domini duplicita pro omnibus peccatis suis. Et Apocal. 18. Duplicate illi duplicita secundum opera ejus.

Dices: Juxta doctrinam ejusdem D. Thome, 123, peccato ea ratione deberunt pena sensus, quia est voluntarium per propriam voluntatem; id est.